

DISPUTATIO LII.

DE INTERDI-
CTIS.

AD QUAM

DANTE DEO.

SVB PRAESIDIO

DN. HENRICI HEYDECCII
MISNICI.*In illustri Salana Academia*

Respondere conabitur

GREGORIVS CLOTIVS

*Phortzensis.*Ad diem XXVIII. Decembris, hora
locoq; solitis.

I E N Æ

TYPIS TOBIAE STEINMANNI,

ANNO MDLXXXIII.



CLARISSIMO CONSULTISSI-
moq; Viro Domino Henrico Altgelt. Si-
genensi J. V. Doctori.

Amico & fautori suo summo.

Hanc ex Illustri Salana disputationem.

Veteris amicitiae, & obseruantiae debitae ergo mittit,
dedicat, consecrat.



Gregorius Clotius
Phorzensis.



339

T H E S I S I.



SICUTI PRO DOMINIO ET PROPRIETATE rerum actiones prodita sunt, ita possessionis causa, interdicta prætor comparauit.

Interdictum & edictum in quibus differant, vide disputantes Duaren lib. 1. disp. cap. 19. Aluat. 3. παρῆρ, cap. 15. & Robort. lib. 3. sent. cap. 19.

2;

Erat autem veteribus interdictum nihil aliud, quam formula siue verborum conceptio, qua prætor in iure iuterlitigantes de possessione aliquid iubebat vel vetabat.

Inst. h. t. in pr. Quintil. lib. 7. or. inst. Brisson. de formul. Curat. in par. t.

C. h. t. disp. Duas. d. lib. 1. disp. cap. 19. Donell. in pr. tit. C. de interdict.

3

De proprietate enim nulla erant interdicta, nisi interdum in consequentiam tantum, vt de itinere actusq; priuato reficiendo de liberis exhibendis, &c.

L. 2. §. quadam D. h. t. l. 3. §. hoc autem D. de itinere actusq; priuato, Duaren. D. h. t. Hinc personalia dicuntur recte, inuito licet Vultei lib. 2. iurapr. cap: 21.

4.

Hodiè cum iudicia omnia extraordinaria sint, missis solennibus, actione vtili in factum concepta & ad exemplum interdictorum accommodata, res agitur.

Argumento Rub. D. h. t. §. Vlt. Inst. eod. l. Vlt. C. d. tit. Inscriptio igitur huius tituli à manu Tribuniani est, vt etiam similem clausulam adiecit l. 3. C. de interdictis, & non valde dissimilem l. 47. de negotijs gestis, cuius legitimum sonum, nec digito nec aure, magnus ille Cuiatius dijudicauit, præclare verò indicauit A. Faber lib. 4. con. cap. 7. emendatione abstinuisset modo. In l. quocq; 2. & l. 4. C. vnde vi, eundem (ni fallor,) Tribunanum quedam redolent.

5.

Ex conceptione Prætoris alia Interdicta prohibitoria sunt, alia restitutoria, alia exhibitoria.

l. 1. §. 1. Dh. t. Dissent. Vultei d. cap. 21. iurisp. n. 26.

6.

Exhibitoria, quibus prætor exhiberi iubet: Restitutoria, quibus aliquid restitui mandat: Prohibitoria deniq; quibus aliquid fieri vetat.

d. l. 1. §. *summa*, & §. *seq.* *Inst. eod. tit.* Et huc pertinet *interdictum, de tabula exhibendis, quod perpetuum esse constat.* l. 3. §. *Vlt.* D. de *tab. exhib. Rober. lib. 1. lect. cap. 29.* Duar. ad d. *lit. Diss. Cuiat. ad Paul. 4. sent. tit. 7. lib. 16 obs. 28.* & in *Mercatore lib. 2. cap. 24. v. eund. Cuiat. lib. 19. obs. 17.*

7.

Competunt quoq; Interdicta de rebus cum diuinis tum humanis: hæc q; rursus vel ad vtilitatem publicam pertinent, vel ad commodum priuatum referuntur.

l. 2. §. 1. D. h. t. *Sunt interdum duplicis d. l. 2. in pr. & in fine Diss. Cuiat. lib. 4. obs. 11. Accurs. & glossograph. ad d. l. 2. v. A. Fab. lib. 2. con. C. 18.*

8.

Quæ ad commodum priuatum referuntur, & rei familiaris causa comparata sunt, aut apiscendæ (non etiam conseruandæ) possessionis dicuntur.

d. l. 2. §. 3. l. per *procuratorem.* D. de *procurat.* Menoch. de *retinend. poss. in prælud. n. 14. v. g. ad finem contra Bald. in C. 1. inf. de prohib. feud. alienat. per Freder. Ripam in l. naturaliter. §. nihil commune D. de acquir. posses.*

9.

Apiscendæ possessionis interdicitæ ea sunt, quibus possessionem, quam antea non habuimus, apprehendimus, sunt q; huius generis, Quorum bonorum, Quod legatorum, Salui animum, Remedium, l. vlt. C. de edicto D. Hadrian. tollend. & l. 3. C. de pignorib.

Illud n. interdictum ex Iudicis officio. quod vocant, vtpote Dd. commentum repudiamus. licet Zuchardus & Menochius de eo latissimè explicant.

10.

Quorum bonorum Interdictum ei competit, cui prætor bonorum possessionem vel edictalem vel decretalem dedit.

l. 1. D. *Quorum bonor.* Menoch. *hic n. 9. cum seqq. aduers. Bald. in l. 1. n. 1. C. Quor. bonor. Zuchard. ad Rubric. C. Qui admitti.*

11.

Et quanquam de bonorum possessore Interdictum loquitur, quo minus tamen etiam hæredi profit, nihil impedit.

l. 1. C. h. t. D. *issent. Cuiat. in parat. C. ibid. Donell. n. 3. Vult. d. cap. 22 Iuris.*

12.

An ex re certa instituto detur, quæritur: Affirmamus.

d. l. 1. D. h. t. Menoch. d. *remed. 1. n. 37. & remed. 4. n. 116. cum seqq. Dissent. Ripa in l. 1. n. 16. D. Quor. bonor. & alij.*

13.

Titius ad dignitatem electus est, remedium hoc num habe-
bit; Negativam probamus.

d. l. 1. D. b. t. Dissent. cum Speculatore tit. de causa possess. in pr. & alijs
Menoch. d. remed. 1. adipisc. poss. n. 46.

14.

Datur aduersus eum, qui pro hærede proue possessore res
hæreditarias possidet, vel dolo malo desijt possidere.

d. l. 1. ult. C. cod. Dissent. ex parte Menoch. d. remed. 1. n. 48.

15.

Titulo pro hærede possessor vsu cepit, an interdictum hoc
Iocum habeat, quæsitum est? Negant communiter non rectè.

d. l. 1. Donell. C. h. t. n. 7. diss. cum Bart. & alijs ad d. l. 1. Menoch. d.
remed. 1. n. 51. cum seqq.

16.

Quasi possessores rerum incorporalium, puta vsus fructus,
seruitutis proponuntur, interdictum hoc non competere ma-
gis est.

l. 2. D. h. tit. vbi gl. & Bart. Diss. cum communi opinione Zuhiardus
ad l. ult. n. 362. C. de edicto D. Hadrian. tollend. Menoch. d. remed. 1. n.
83. cum seqq.

17.

Ad res etiam singulas datur, licet pro annua pensione de-
negetur.

l. generaliter l. licet D. de petit. hereditat. l. 1. C. h. 1. Vbi Donell. n.
10. Diss. varie interpretes, quorum opiniones suo more refert, & magna ex
parte sequitur Menochius d. remed. 1. n. 80. cum mult. seqq. & de recuperanda
poss. remedio. 1.

18.

Quod legatorum Interdicto hæres vtitur, qui aut negat
rem legata n esse, aut supra dodrantem legatam adfirmat.

l. vnica C. Quod legator. l. 1. §. 1. D. cod. Diss. Cuias. in parat. ibid. &
lib. 8. obs. c. 2. Vult. d. c. 21.

19.

Aduersus legatarium, qui rei legata possessionem sine vo-
luntate occupauit, non etiam contra donatarium.

d. l. 1. §. 2. §. 5. cum siml. d. h. tit. Cuias. lib. 1. obs. 28. Menoch. re-
med. 2. hic n. 80. Diss. in ratione Ripa ad d. l. 1. §. 5. diss. aliter A Faber. lib.
6. conj. cap. 2.

A 3 20. An

An contra fideicommissarium vniuersalem hoc interdictum detur, quæstionis fuit? Nobis negandum videtur.

d. l. 1. D. h. t. Diff. Ripa ad d. l. 1. n. 5. Menoch. hic n. 23. cum seqq.

Hæres quartam Falcidianam detrahere prohibetur, an huic interdicto locus sit, dubitatur: Affirmatiua nobis arridet.

d. l. 1. §. 2. & 12. Diff. Ripa ad d. l. 1. n. 24. Menoch. d. remed. 2. n. 71.

Saluianum interdictum propositum fuit de rebus coloni in fundum conductum inuectis & illatis, quas colonus Domino fundi pignori futaras pepigit.

§. 3. Inst. h. t. l. 1. D. de Saluiano interdicto. vbi Duarenus. Donellus ad tit. C. eo. l. n. 3. Diff. Cuiat. in paratit. D. h. t. Vvesenb. eod. n. 3. Baro. lib. 6. Manual. tit. 33. v. Francisc. Sarmiens. part. 3. de re dit. Ecclesiastic. cap. 2. n. 17.

In fundum enim rusticum illata & inuecta ita demum domino fundi obligata censentur, si expressè conuenerit.

L. eo iure in pr. D. in quibus causis pignus vel hypotheca tacitè Connanus lib. 4. com. c. 16. Donellus de pignorib. cap. 6. Menochius remedio 3. n. 36. contra Angel. las. Gomez. & alios ad §. Item Seruiana Instit. de action.

De Emphytueta vel tertio possessore agitur, placet interdictum denegari.

l. 1. C. h. t. l. 1. §. 1. D. eod. Cuiat. lib. 5. obs. 24. Diff. Hotom. in §. interdict. quoq. Inst. h. t. Donell. ad d. l. 1. n. 6. C. h. t. Menochius d. remed. 3. n. 107.

Remedium L. Vlt. C. de edict. D. Hadriani toll. hæredi testamentum nec ruptum, nec vitiosum producenti datur, vt in possessionem bonorum, quæ defuncti mortis tempore fuerunt immittatur.

d. l. Vlt. vbi Cuiat. in parat. & lib. 4. sent. Pauli tit. 6. Menoch. remedio 4. n. 85. contra Bal. ad d. l. Vlt. Sapiam ibid. n. 11. diff. aliter Zuchardus ad d. l. vlt. n. 207. Menoch. d. remed. 4. n. 192.

An etiam ad testamentum nuncupatum beneficium hoc pertineat, tractant interpretes: Affirmatiua communis est. Fortassis non rectè,

d. l. Vlt. Diff. gl. Bart. & Doct. ibid. Sapia. n. 82. Menochius d. loco n. 91. cum seqq.

27.

Competit hæredi tam ex re certa, quam ex asse instituto, ad corporum possessionem tantum.

d. l. Vlt. l. Vlt. D. Quorum bonor. Diff. Vaudus. lib. 1. quest. 33. ex parte Zuchardus d. loco n. 193. Menoch. n. 121.

28.

Ex constitutione L. 3. C. de pignoribus vi conuentionis, & iudicis auctoritate creditor possessionem rerum pignorataram ingreditur

l. pen. C. de pignarit. act. l. Vlt. D. ad l. Iul. de vi priuat. vbi Iacobus Letius diff. Cuiat. ad l. extat D. Quod metus causa cum Accursio. & alijs. Menoch. remed. 5. n. 5.

29.

Locum habet in alijs etiam contractibus, nec cum vulgato illo pacto, vt debitore non soluente res in solutum cedat, quicquam commune habet.

l. Titius D. de seruis exportand. l. 1. C. Si mancipium ita fuerit alien. diff. cum Bart. & glossograph. Mench. d. remedio 5. 40. cum seqq. v. Molin. de Vfaris n. 357.

30.

Sequuntur nunc retinendæ possessionis interdicta, ad quæ pertinent inprimis, vti possidetis, vtrubi, & de itinere actuque priuato.

De interdicto Nevis fiat ei. &c. hoc loco late explicant D d. quos sequitur Menochius, Malè. Hodie Diuorum Imp. Caroli V. & Ferdinandi litigiosa possessionis constitutio Camera Imperialis Iurisdictionem fundat immediatè v. Gail. lib. 1. obs. 5. & obs. 6. Mynsing. cent. 2. obs. 96.

31.

Vti possidetis interdictum ei datur, qui possidet, non etiam colono & inquilino, multòq; minus reliquis, qui bonorum seruandorum causa in possessionem mittuntur.

l. Vnica C. & l. 1. D. vti possidetis Diff. ex parte Donellus ad d. l. vnicam n. 2. Menochius de retinend. possess. remedio. 3. n. 35. & 36.

32.

Competit non tantum iuste possidenti, sed etiam illi, qui vel vi vel

vi vel clam, vel precario possidet, si modo ab aduersario non ita possideat.

l. 1. in pr. & in §. vlt. l. 3. D. h. ti. Cuiat. lib. 18. obs. 24. diff. Innocentius in C. contingit. de dolo & contumacia v. Menoch. n. 46. cum seqq. diff. aliorum idem Menoch. n. 156.

33.

Denegatur iuris depascendi respectu, & praestationum personalium nomine.

d. l. 1. §. 6. §. 7. & §. 8. Menoch. n. 139. diff. Rebuffus ad constit. Gallic. tomo 3. tit. de causis benefic. poss. in praefat. n. 2. & n. 9. Menoch. hic n. 137.

34.

Astor possessionem & inquietationem probare tenetur, potiorque est deiectus, eo qui deiecit.

l. 3. h. t. Donell. C. eod. n. 12. Pontifex huius interdicti finem non considerans, antiquioris possessionis causam potiore fecit. c. licet. de probation. ex cuius traditionibus recentiores etiam pragmatici infinitas ferè distinctionum sordes contraxerunt, uti videre licet vel apud solum Menochium n. 715. Cum multis seqq. hic.

35.

An clausula illa de amplius non turbando huc pertineat, controuertunt interpretes: Nos negandum duximus.

l. vnica vbi Donellus C. h. t. Cuiat. ad Paul. lib. 1. tit. 11. diff. cum Bar. & alijs Rebuffus d. loco. art. 1. gl. 1. n. 16. Duarenus lib. 1. disputat. cap. 21. v. Menoch. n. 811. cum seqq.

36.

Contra minorem in hoc interdicto sententia lata est, quid dicendum? Restitutionis in integrum beneficium cessare magis est.

Argumento l. vnica C. si de momentanea possess. l. 22. C. Theodos. Quorum appellationes l. preces ff. de minoribus diff. Barr. & D. d. ad d. l. vnica Couaru. in pract. question. c. 17. Menoch. d. loco n. 851. cum seqq. & de adipisc. possess. quest. 103. Horum tamen sententia de iure Canonico defendi facile possit. v. quadam ab hac questi. non omnino aliena apud Gaill lib. 1. obs. 7.

37.

Verbi interdictum, in quo interdicitur ad exhibendum agunt, est de rebus mobilibus, aduersus eum competens, qui possidenti circa possessionem molestus est.

l. vnica D. vtrubi Cuiat. lib. 5. obs. 23. Menoch. remedio 2. resin. poss. diff.

dis. de exequatione huius interdicti cum interdicto vi possideti, idem Menoch, d. loco n. 4. Baro in §. retinenda. instit. h. t. & lib. 6. manual. tit. 17.

38.

Interdictum de itinere actusq; priuato, pro seruitutibus rusticis, ei datur, qui illis ipsis seruitutibus, eo anno nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario vsus est.

l. 1. D. de itinere actusq; priuato. vbi Cuiat. diff. in explicatione d. l. 1. §. 6. varid interpretes. Rebuffus sup. dicto loco in prafatione n. 186. Menoch. de retinend. poss. remed. 5. n. 14. cum seqq.

39.

An in secundo huius interdicti capite, in quo etiam de proprietate quæritur, Actor titulum probare cogatur, inter interpretes non conuenit; Nos negatiuam tueri conabimur.

l. 1. in fin. D. de aqua & aqua plu. l. 2. C. de seruitutibus. diff. Duarenus lib. 1. disp. C. 34. Corasus ad l. seruitutes n. 31. D. de seruitut. diff. etiam per distinctionem Menoch. d. rem. 5. n. 39 cum seqq. v. Donell. lib. 11. comment. cap 12.

40.

Recuperandæ possessionis interdicta, possessionis quam aliquando habuimus recuperandæ causa comparata sunt, estq; huiusmodi interdictum, vnde vi, inprimis.

l. 1. D. de vi & vi armat. Paulus 5. sent. tit. 6. Estq; duplex: quotidianum & de vi armata M. Cicero pro Cecinna Duarenus lib. 2. disp. c. 20. diff. Alciat. lib. 1. parerg. cap. 34. Robert. lib. 3. sentent. cap. 20.

41.

Proponitur ei, qui de possessione rei immobilis per vim deiectus est, aduersus eum, qui vim fecit, etsi sine dolo malo, aut culpa possidere desierit.

d. l. 1. § hoc interdictum & §. seq. §. recuperanda Inst. h. t. Paulus d. tit. 6. vbi Cuiat. diff. idem Cuiat. lib 5. . obs. 20. vbi in Tribunianum inuehitur temerè.

42.

Hinc an molendinum immobilibus circa hoc interdictum annumeretur, quæritur? Affirmatiua nobis verior videtur.

Argumento l. 1. §. 6. & §. 7. diff. cum alijs. Tyraquellus de retractis consang. §. 1. gl. 7. n. 92. Menoch. d. rem. 1. n. 44.

43.

Datur etiam Emphyteutæ & vasallo tam contra Dominum feudi ipsum, quam contra extraneum, d. l. 1.

d. l. 1. §. 3. §. 9. lib. 2. F. tit. 22. diff. Z. *asius de feudis p. 11. n. 13.*
Menoch. d. rem. 1. n. 94. cum seqq.

44.

Requirat reformationem celerem, etiamsi quis de castro munitissimo deiciatur.

L. si coloni C. de agricolis & censitis l. 1. C. si de moment. poss. appella. Symma. l. 10. Epist. 41. Cuiat. lib. 1. obs. 20. & l. 2. obs. 35. diff. Castrens. Rip. & alij ad l. naturaliter §. nihil commune D. de acquir. possess. Menoch. hic n. 309. cum seqq. v. de usu Camerae Imperialis Gaill. lib. 2. obs. 75. & 76.

45.

Spoliatus causam proprietatis tractari passus est, an nihilominus antè omnia restituendus sit, utilis quaestio est? Nos affirmatiuam defendemus.

Hac quaestio inquit Menochius n. 161. hic iure Cesareo definita non reperitur. iure pontificio, ex c. 1. de restit. spoliat. negatiua probatur. nec est. qui dissentiat. Sed quam verè haec dicantur, clarè patet ex l. cum funum 18. §. ult. D. de vi & vi armata. l. 1. 2. §. nihil commune D. de acquir. poss. illud quoque c. 1. de restituit. spoliat. à D. d. rectè acceptum non est.

46.

Antequam plenè quis restitutus sit, spoliatori respondere non cogitur, & consequitur detectus etiam res peremptas, vnà cum expensis omnibus.

l. 2. cum seq. C. l. 1. §. rectissime D. h. t. Donellus ad d. l. 2. Gaill. d. obs. 75. diff. Cuiat. in l. item si D. Quod metus causa, ex parte Goueanus lib. 1. lect. c. 11.

47.

Atque ita apparet Interdictum hoc poenale esse, & propterea neque perpetuo, neque in haereses dari.

d. l. 1. in pr. & §. annus D. d. l. 2. C. eod. diff. cum Ripa in c. saepe 8. de restituit. spoliat. Menoch. n. 157. cum seqq. hic

48.

Possimus etiam de possessione vi erepta criminaliter ex L. L. Iulij de vi publica aut priuata agere, ita tamè vt de crimine vio lentiae priori loco cognoscatur.

l. 1. C. Quando civil. act. crimin. l. 37. D. de iudicijs l. 7. C. ad l. Iul. de vi publica. diff. gloss. & D. d. ad d. l. 37. Cuiat. lib. 5. obs. 15. Et adfirmare non ausim. Interpretes huic quaestioni satis fecisse.

49.

Imò interdum necesse non habemus, vt agamus, cum vim vi repel-

vi repellere liceat, possessionemq; in continenti recuperare concedatur.

l. 1. C. Vnde vi l. 3. D. de Iustitiis. Quid in continenti fieri dicatur diff. variè D d. quorum opiniones suo more studiosè collegit Menochius n. 253. cum seqq. hic, An errore vs excusetur est in l. 5. & l. Vlt. C. h. t. Dis. Donellus ibid. p. Cuiat. lib. 19. obs. 16.

50.

Hodiè ex communi D d. opinione, tutissimum est, ad possessionem recuperandam ex c. reintegranda, 3. q. 1. agere,

D d. ad c. sepè de vestitus. spoliat. Gaill. d. obs. 75. n. 10. Menoch. de re-emp. possess. remed. 15.

51.

An fructus omnes, qui percipi potuerunt in hanc restitutionem veniant, queritur? Affirmamus.

l. si natus inf. de rei vindicat. l. qui scit 24. de vsuris l. certum C. de rei vin diff Rota in antiquior. decis. tit. de restitut. spoliat. decis. 12. Menoch. d. remed. 15. n. 11

52.

De cumulatione interdictorum, ex communi opinione, Menochius in singulis ferè interdictis, multa turbat, quem tamen non sequimur. Vlpianum magis in l. 1. §. 4. D. quod legat.

H A P E P T A.

1.

Sententiam Papiniani in l. 19. D. de dolo malo, non omnes fortasse adsequuntur satis.

2.


Vasallus, qui re feudali abutitur, feudo statim cadit.
c. Fridericus de pace tenenda. Grammat. decis. 104. diff. ex parte Rolandus à Valle conf. 18. n. 79. vol. 3. Borcho. de feudis cap. 8. n. 130.

3.

Agnatus qui feudi alienationi interfuit, consensisse non censetur.

l. Caius de pignora rit. act. Dominus Pistoris lib. 2. quest. 7. diff. gloss. in C. 1. §. praterca Quibus modis feud. amittat. Iacob. de Beluis. ibid. Hanneotinus lib. 7. cap. 7.

F I N I S.



1914
The following is a list of the names of the persons who were members of the Board of Directors of the National Board of Fire Underwriters in the year 1914.

1915
The following is a list of the names of the persons who were members of the Board of Directors of the National Board of Fire Underwriters in the year 1915.

1916
The following is a list of the names of the persons who were members of the Board of Directors of the National Board of Fire Underwriters in the year 1916.

1917
The following is a list of the names of the persons who were members of the Board of Directors of the National Board of Fire Underwriters in the year 1917.

1918
The following is a list of the names of the persons who were members of the Board of Directors of the National Board of Fire Underwriters in the year 1918.

1919
The following is a list of the names of the persons who were members of the Board of Directors of the National Board of Fire Underwriters in the year 1919.

1920
The following is a list of the names of the persons who were members of the Board of Directors of the National Board of Fire Underwriters in the year 1920.

F I N I S H